Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/338620

Diss.
Utrecht
1845

Diss. Utr. 1845

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EGBERTUS LINTELO DE GEER,

RHENO-TRAJECTINUS.

AD DIEM IV. M. OCTOBRIS, ANNI MDCCCXLV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
KEMINK ET FILIUS
TYPIS MANDARUNT.

MDCCCXLV.

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Pro judicato usucapi potest.

II.

Tutor honorarius auctor fieri potest.

III.

Nulla antinomia est inter l. 7. §. 2. D. de publiciana, et l. 2. §. 16. D. pro emptore.

IV.

Qui ignorans alterius negotium gessit, negotiorum gestorum utili actione tenetur, sed ipse nullam actionem habet.

V.

Beneficium excussionis personalis non competit illi, qui hypothecam specialem a debitore emit.

VI.

Usurarum obligatio, ex praestatione per longum tempus induci nequit.

VII.

Verba art. 20 al. 3. Cod. Merc.: « zonder dat hij immer tot teruggave van genotene winsten verpligt zij," omnino sunt laudanda.

VIII.

Verba art. 89. C. Merc. videntur mihi non bene conciliari posse cum articulis praecedentibus.

IX.

Derelictio navis vulgo *abandonnement* dicta, quae art. 321 al. 2. C. Merc. permittitur, etiam fieri potest, cum navis ita fracta est, ut nihil eius supersit.

X.

Art. 321. C. Merc. ita intelligendum puto, ut tam ab Obligationibus ex contractu, quam ab Obligationibus ex delicto, magistri, se derelictione navis liberare, exercitoribus permittatur.

XI.

Recte legislator noster art. 589. C. Merc. sanxit *bodemeriam avariae* nomine, non contribuere.

XII.

Regula et exceptio, art. 497. C. Merc. memorata, utraque laudanda.

XIII.

Liberos naturales agnitos, matrimonio putativo parentum, legitimari credo.

XIV.

Maritum uxorem, cum eo habitare recusantem, manu militari cogere posse non arbitror.

XV.

Mater matrimonii minoris dissolutionem petere non potest, quia eius consensus non est rogatus, patre acquiescente.

XVI.

Recte legislator noster a⁰ 1482 C. Civ. obligationes, a minore initas, per se nullas esse, statuit.

XVII.

Minor post mortem patris domicilium magis apud tutorem, quam apud matrem, quae tutelam recusavit, habere videtur.

XVIII.

Parentibus licere liberis suis naturalibus agnitis testamento tutorem dare omnino credo.

XIX.

Contractum redemptionis, qui describitur a⁰ 1555—1568 C. Civ., post quinque annorum spatium, ab emptore renovari posse haud credo.

XX.

Universa inter conjuges in nostro Codice recepta bonorum communio longe praeferenda videtur ei, quae jure Francico invaluit.

XXI.

Legislator in a⁰ 1. C. P. non spectat facti naturam atque indolem, sed haec divisio regula competentiae est habenda.

XXII.

Conatus remotus nonnumquam puniendus.

XXIII.

Poenarum finis primarius, tutela civitatis.

XXIV.

Conatus bigamiae ex C. P. omnino puniendus.

XXV.

Non pauca ex L. Imperii Hispaniarum a[i] 1812 in legem Fundamentalem nostram a[i] 1814 transierunt.

XXVI.

Quae regi ex art[o] 68 L. Imperii competit suprema jurisdictio, originem duxisse videtur ex Unione Trajectina.